



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

De hora celebrandi Missam. c. 40

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

sis, Epistola, Graduale, Evangelium, Credo, Offertorium, Prefatio, Nobis quoque peccatoribus solum hec tria verba. Item Per omnia secula &c. cum Pater noster, Pax domini, Agnus dei, Domine nō sum dignus. Communio, post eorum mensam. Item missa est, vel benedicamus domino, vel Requiescamus evangelium, In principio Alia omnia dicuntur secreta. In missa solenni clara voce a celebrante dicuntur q̄si intonatur. Gloria in excelsis, & Credo. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio. Dñs vobiscum. Oremus ante offertorium. Prefatio, Pater noster, Pro post cōmunionem. Alia omnia a celebrante dicuntur secreto in missa solenni.

De Hora celebrandi Missam. Cap. 40.

Missa privata saltem post Matutinū quacunque hora ab aurora vsque ad meridiem dici potest. Missa autem Conventualis & solennis, sequenti ordine dici debet. In festis duplicibus, & semiduplicibus, in Dominicis, & infra octavas, dicta in choro Hora tertia. In festis simplicibus & feriis per annum dicta Sexta. In Adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus & vigiliis quē ieiunantur, dicta Nona. Missa autem defunctorum dici debet post Matutinū & primam dici, & vbi dicitur eorum vigilię, mane post Matutinū dici, dictis huiusmodi vigiliis cum Laudibus, immediate dici potest. Missa pro defunctis, Excipiuntur ab hoc ordine dicendi missam Conventualem, Missę in nocte Natiuitatis Domini, quę suo loco dicuntur, vel vbi alias ex dispensatione Apostolica disponatur.

De ordine sedendi, stādi, & genuflectēdi in missa solenni. Cap. 41.

In missa solenni celebrans medius inter diaconū, & subdiaconū sedere potest a cornu Epistolę iuxta altare, cū cantatur Kyrie eleison, Gloria in excelsis & Credo alio tēpore stat ad altare, & genuflectit quando oportet vt supra. Item genuflectit quando legitur euangelium. In principio, ad illa verba, & homo factus est, & euangelium. Cum natus esset Iesus, ad illa verba, & procidentes adorauerunt eum. Item euangelium serig iiii post Dominicam quartam Quadragesimę, ad illa verba in fine, & procidens adorauit eum. Et cum diaconus cantat illa verba, ipse versus librum, celebrans & circumstantes versus altare genuflectunt: subdiaconus vero tenens librum, & acolę tibi candelabra non genuflectunt. Item genuflectit celebrans

privata